

C O P I A  
Decreti & Mandati  
AMPLISS. MAGISTRATVS ANTVERP.

**Q**Via per certum decretum D D. Consulum ac Senato-  
rum huius Vrbis Antuerpiensis, spectans ad Collegium  
Medicum, & quod ab eo dependet, 6. Iunij Anno 1659.  
euulgatum, inter alia statutum erat, quod Apothecarij in con-  
ficiendis suis medicamentis modum à Valerio Cordo præscrip-  
tum sequerentur, & hoc donec prædicto Collegio Medico ali-  
ter visum foret, ideo prænominati Domini Consules & Sena-  
tores, vt melius huic rei prouiderent, ad instantiam D. GRE-  
GORII MARTENS ex Consulis, nunc huius Vrbis Scabini, &  
Præfecti eiusdem Collegij, ordinauerunt, & mandant per hæc  
præsentia Medicis huius Ciuitatis Iuratis, aliisque de facto  
eiusdem Collegij Medici Officialibus, vt talium aliarum per-  
sonarum interuentione, vt ipsi consultum inuenient, conci-  
piant nouum quoddam Dispensatorium, in quo contenta,  
& præscripta erunt omnia medicamenta, incolis & ciuibus  
huius Vrbis magis necessaria & utilia, vna cum iusto va-  
lore, & pretio, quo eadem diuendi deberent. Actum in Col-  
legio 27. Septemb. Anno 1660.

Subsignatum erat :

Vt: I. S N Y E R S.

& infra

C. GEVARTZ,